Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



or mortuo mundati perveniamus ad requiem salutis
Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui secundum nomen tuum deus ita et
laus tua in fines terre iustitia plena est dextera tua
ps Magnus dominus et laudabilis nimis in ciuitate dei nostri
in monte sancto eius Oro Omnipotens sempiterne deus maiestatem tuam supplices exoramus: ut sicut unigenitus filius tuus hodierna die cum nostre carnis substantia in templo est presentatus ita nos facias purificatis tibi mentibus presentari.
Hec dicit dominus Ecce ego Conmalachie pp
mitto angelum meum: qui preparabit viam
ante faciem meam Et statim venietur ad templum suum dominator quem vos quaeritis: et
angelus testamenti quem vos iuvatis Ecce
venit dicit dominus exercituum Et poterit co
gitare diem adventus eius Et quis stabit
ad videndum eum ipse enim quasi ignis conflans
et quasi herba fullonum et sedebit conflans
et emundans argentum: et purgabit filios leui: et colabit eos quasi aurum et quasi
argentum: et erunt domino offerentes sacrificia
in iustitia Et placebit domino sacrificium iuda
et iherusalem: sicut dies seculi et sicut annis antiquis
dicit dominus omnipotens Gr Suscepimus deus Alla pp tuum
uel tractus Audi filia et uide et inclina sequencia
Quemadmodum audiuimus filia et uide et inclina
Gaudent in paradiso hyt te maria uenerantur ppls tecum pius
colit cordibus Generosi abrahe tu filia uenerandi
de regia de davidis stirpe genita Letare mater et
virgo nobilis gabriel archangelico que oraculo credula
genuisti clausa filium Fecundasti sacratissimo sanguine
+ Gr Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui secundum nomen tuum deus ita et laus tua in fines terre v Sicut audiuimus
ita et vidimus in ciuitate dei nostri